

*Stellior.* 4. In *exceptum*, & non *exceptum*. *Exceptum*, seu *irregulare* est, quod communem iudiciorum regulam non sequitur, sed admittit accusatores, & testes alias de jure inhabiles; & contra illud iudex specialis inquisitione procedere potest, licet infamia personae non praecesserit. Talia delicta sunt: crimen laesae maiestatis, praesertim, perductionis, proditoris patriae, seditionis: item haeresis, simonia, blasphemia, grave sacrilegium, dilapidatio bonorum Ecclesiae, aut monasterii, crimen fraudatae annonae, latrocinium, assassinium, crimen falsae monetae, privatorum carcerum; & hodie etiam furtum, adulterium, stuprum, sodomia, & alia gravissima delicta. *Non exceptum*, seu *regulare* est, in quo proceditur regulariter secundum ius ordinatum, servata forma accusationis, denunciationis, & inquisitionis. 5. In *notorium*, *manifestum*, seu *dissimatum*, & *occultum*. *Notorium* est, quod ita patet, ut nulla tergiversatione clari possit; & quidem si pateat in iure, quia reus de illo convictus, vel confessus est, dicitur *notorium de jure*, seu *notoritate iuris*: si vero paratum sit in loco publico in praesentia multorum, dicitur *notorium de facto*, seu *notoritate facti*. Quot autem homines adesse debeant, ad hoc, ut delictum dicatur notorium notoritate facti, iure definitum non est; adeoque id relinquitur arbitrio iudicis. Ex communi sententia sufficiunt decem personae in magna communitate, ut civitate, in minori vero sex, aut quinque, coram quibus praesentibus delictum sit patratum. *Manifestum*, quod saepe confunditur cum notorio, proprie est illud, quod per famam manifestatur, seu divulgatur inter plures, seu potiore partem communitatis; & ideo vocatur *dissimatum*. *Occultum* est, quod committitur clam, ut publice non innotescat. Et hoc, vel est *occultum absolute*, seu *improbabile*, quod vel a nullo scitur, vel tantum ab uno praeter delinquentem, ita ut in foro externo plene probari nequeat, vel est *occultum hic*, & nunc, at tamen de se *probabile*, quod scitur saltem a duobus, ita ut in foro externo probari possit. 6. Delictum aliud est *noxium communitati*, quod vocari solet *publicum*, aliud *noxium tertio*, aliud *noxium soli delinquenti*, seu *mere personale*, quod directe nulli alteri nocet, nisi personae delinquentis. 7. Aliud est *reale*, quod transit ad haeredes delinquentis; non quidem quoad poenam corporalem, sed quoad compensationem damnorum a defuncto causatorum v. g. per furtum, homicidium &c. aliud *personale*: cuius poena non transit ad haeredes, ut fornicatio, blasphemia, adulterium &c. Ceterae divisiones facile ex vocibus innotescunt.

10. III. De jure Civ. Romano inter delicta privata computantur: 1. Furtum, 2. Junctio signi alieni, seu *edificatio ex materia aliena*. 3. Surreptio, vel corruptio alicujus rei hereditariae ante aditam hereditatem facta ab eo, qui testamento manumissus est. 4. Furtum a navis, cauonibus, & stabulariis commissum. 5. Furtum a familia, seu servis commissum. 6. Casus furtiva arborum, 7. Rapina, & damnum dolo malo in turba datum. 8. Rapina, vel aliud damnum in rebus tempore incendiis, ruinae, naufragii, vel navis expugnatione factum. 9. Injuria, & famosus libellus. 10. Extraordinaria crimina, quorum plura enumerantur *tit. ff. de extraordinariis criminibus*. ut sollicitatio alienarum nuptiarum, matrimoniosum interpellatio &c. 11. Crimen sepulchri violati, concussio, abigeatus, praevicationis, receptationis latronum, furtum balnearium, crimen effractionis, & expilationis, expilatae hereditatis, stellionatus, terminis moti, collegii, seu corporis illiciti: ita haec delicta enumerantur *lib. 47. ff. a tit. 2. usque ad fin.* Inter delicta publica numerantur: 1. Crimen laesae maiestatis ex *L. Julia Maj.* 2. Adulterium ex *L. Jul. de adulteriis coercendis*. 3. Vis publica ex *L. Jul. de vi publ.* 4. Vis privata ex *L. Jul. de vi privata*. 5. Homicidium, & veneficium ex *L. Cornelia de Siciis*. 6. Parricidium ex *L. Pompeja de parricidiis*. 7. Crimen falsi ex *L. Cornelia de falsis*. 8. Crimen repetundarum ex *L. Julia repetundar.* 9. Crimen fraudatae annonae publice ex *L. Julia de annonae*. 10. Crimen peculatus, sacrilegii, & de relictis ex *L. Jul. peculatus*. 11. Crimen ambitus ex *L. Julia ambitus*. 12. Plagium ex *L. Fabia de plagariis*. Habentur haec omnia *lib. 48. ff. tit. 4. & sequ.* eademque delicta privata, & publica enumerantur mix-

tim *lib. 9. C. per tot.* Ego suis locis in hoc libro ea inferere non omitam.

11. IV. De jure. Can. alia est partitio delictorum: nam 1. Agitur de delictis adversantibus religionis, & fidei catholicae, ut est simonia, haeresis, &c. 2. De delictis adversantibus iustitiae, & proximo, uti est homicidium, adulterium &c. 3. De delictis proptis clericorum, uti sunt venatio, ministratio clerici excommunicati &c. 4. De penis delictorum &c. Vide Synopsim in Proleg. n. 40. His de generalitate delictorum praemissis, transeamus ad delicta in specie.

TITULUS III.

De Simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur.

Agitur de hac materia in Extrav. com. *h. t.* in Decreto *causa prima* per tot. & *Can. 33. sanctum* 7. q. 1. & *Can. pen. 15. q. 3.* in *Trid. sess. 21. c. 1. 9. de ref. sess. 22. in decr. de observ. & edit. circa miss. s. 24. c. 14. 18. de ref.*

1. Nota 1. Simoniam nomen traxisse a celebri Magistro Simone, qui pecunia emere voluit Spiritum Sanctum *Can. 8. Saluator. 1. q. 3.* ipsum vero delictum emendi spiritualia pro temporalibus, etiam anterioribus temporibus commissum fuisse, constat ex *Gen. 25. v. 33.* ubi legitur Esau primogenita, quibus annexum fuit sacerdotium, vendidisse Fratri Jacobo, & *Num. 22.* ubi legitur Balaam prophetam vendidisse, & *4. Reg. 5.* ubi Gezi pretium accepit pro sanitate restituta Naaman Syro, &c. Quamvis autem simonia ex obiecto suo non sit omnium delictorum gravissimum, tamen Compilator a simonia seriem delictorum inchoare voluit: quia ista est crimen maxime perniciosum, & a Sac. Canonibus vocatur: turpissimum lucrum, vulnus cancerosum, flagitium horribile nimis, comparandum blasphemiae iudeorum, & peccato Iudae proditoris, labe, & pestis tanta, ut sui gravitate, & magnitudine alios morbos, ipsamque haereticam vincat *Can. 14. cum ordinaretur 1. q. 1. Can. sup. 1. q. 7. &c.*

2. Nota 2. Simoniam quoad rem definiti, quod sit *studiosa voluntas emendi, aut vendendi aliquid spirituale, aut spirituali annexum*: ita *Com. cum S. D. 2. 2. q. 100. ar. 1. dicitur 1. Studiosa voluntas*, hoc est, actus deliberatus voluntatis, seu pactum. Dicitur hic *emendi, aut vendendi*, quia verba late intelligenda sunt pro quovis contractu oneroso, quo res spiritualis datur pro temporalibus, ut emptio, venditio, locatio, permutatio, contractus innominatus, do, ut des &c. Et in tali pacto oneroso consistit forma simoniae: materia vero illius est res spiritualis, seu spirituali annexa, tanquam merx, & res temporalis tanquam pretium. Nec refert, quod in data definitione non exprimat *temporale*: nam satis clare intelligitur in verbo *emendi, aut vendendi*. Et quamvis simonia completa afficiat duos contrahentes, committi tamen potest inchoative ab uno, sicut accidit in simonia mentali: sic solus Simon Magus simoniam commisit volendo emere Spiritum Sanctum ab Apostolis.

3. Nota 3. Simoniam non adversari fidei, aut iustitiae, quia non continet errorem speculativum contra revelationem divinam, nec per se laedit jus alterius; licet quandoque per accidens, haeresis, vel iniustitia miscetur simonia: ut si quis pertinaciter iudicet licere spirituale vendere pro temporalibus: vel vendat spirituale, ex quo nullum temporale commodum emptor habeat: quo sensu simonia dici solet haeresis, haeretica pravitas, sacrilegium Iudae, *Can. 3. & seq. 1. q. 1. & alibi passim*: unde in veriori sententia dicendum, simoniam per se adversari Religioni, & esse peccatum ex genere suo gravissimum, contentum tanquam speciem sub genere sacrilegii: nam sacrilegium est violatio rei sacrae; sed formalis malitia simoniae consistit in violatione rei sacrae: tum quia res spiritualis, excedens omnem pretium temporale, indignè tractatur, dum depromitur, & adequatur temporali; tum quia Deo, & rebus divinis gratis irreverentia inferuntur, dum res iste, quas Deus voluit gratis dispensari, pretio & pecunia dispensantur, & ad commercia humana, longe inferiora trahuntur; ergo. Quae hic opponi possent, abunde solvuntur a *S. D. loc. cit.*

4. No.

4. Nota 4. Simoniam dividi: 1. In *internam*, quae in solo animo consummatur: & *externam*, quae promittitur in actu exteriori: & haec subdividitur in *mentalem, conventionalem, & realem*. *Mentalis*, seu *inchoata* est, in qua datur temporale pro spirituali; at tamen sine pacto expresse, vel tacito; licet dans mentis, & animo suo intendat alterum obligare: ob quod simonia ista *mentalis* dicitur, non quafi mente retineatur, sed quod temporale ea mente datur, ut alter obligeatur dare spirituale, vel e contra. Haec *simonia mentalis*, licet plerumque ab uno committatur, tamen inter duos fieri potest ex utraque parte, dum nullo pacto interveniente, unus dat rem spirituale, & alter temporalem quasi ex iustitia, v. g. Titius servit Episcopo ea intentione, ut pro mercede ab eo obtineat beneficium: vel Titius, vacante beneficio, offert patrono, aut electoribus pretiosa munera, volens hoc modo ex iustitia obligare illum, vel istos ad faciendum sibi presentationem, vel electionem, &c. *Conventionalis* est, in qua intervenit pactum, seu conventio expressa, aut tacita de dando spirituali pro temporalibus. Expressa si conventio ex neutra parte completa sit per traditionem, est *simonia pure conventionalis*, v. g. da mihi 100. aureos, & dabo tibi beneficium: si vero ex una parte completa sit per traditionem, est *mixta conventionalis*; quia aliquid ei admittitur ex reali, v. g. do tibi beneficium, ut suo tempore mihi des centum aureos, vel certam pensionem &c. *Realis* est, in qua pactum completur mutua traditione rei spiritualis, & temporalis, sive totum pretium semel tradatur, sive pars illius; ut si unus det beneficium, & alter centum aureos, vel interim quinquaginta. 2. Dividitur simonia in *eam, quae est iuris naturalis*, seu proprie dicta, dum temporale datur pro spirituali: & *eam, quae est iuris Ecclesiastici*, seu improprie talis, dum contra prohibitionem Ecclesiae datur spirituale pro spirituali; ut in permutacione beneficii pro beneficio, vel quandoque temporale pro temporalibus; ut si quis emat officium thesaurarii, vel oeconomii &c. Haec divisio, quidquid aliquid dicant, sustinenda est in iure: nam simonia iuris naturalis indicatur toto *h. t. & causa 1. per tot.* simoniae vero iuris Ecclesiastici fit mentio *c. 5. 7. de rer. permitt.* & generaliter *c. fin. de pact.* ubi prohibetur omnino pactio super spiritualibus. De simonia confidentiali dicam infra *s. 4.* His praenotatis, agendum hic erit: 1. De pacto simonico, ut forma. 2. De re temporalibus, ut pretio. 3. De re spiritualibus, ut mercede: quae duo sunt materia simoniae; licet quandoque spirituale datur ut pretium pro temporalibus, ut mercede. 4. De penis simoniacorum.

§. I.

De Pacto Simonico.

5. Q. I. An pactum factum sine intentione dandi temporale pro spiritualibus, constituat actum simoniacum? R. Negative: nam simonia, ut pactum est, requirit consensum internum per *l. 1. §. 3. de pactis*: ut vero est pactum simoniacum, requirit studiosam voluntatem emendi, & vendendi spirituale, quorum neutrum est in fide pacifcente; ergo nec est simonia tali casu, bene vero sacrilegium, & scandalosum mendacium, quo alter inducitur ad peccatum simoniae, vel fide pacifcens eidem cooperatur. Haec de foro interno: at in foro externo praesumitur simoniacus qui opus externum simoniacum possit; quia hoc praesumitur, concordare cum actu interno, sicut accidit in aliis contractibus fidei initis. Dicitur: Facta promissa pecunia, v. g. pro beneficio, operatur tantum, quantum vera promissio; imo res fidei promissa, est verum pretium, licet actu non numeretur: ergo. R. Dist. ant. operatur modo, & vitio simonico, neg. ant. modo, & vitio mendacii sacrilegii, conc. ant. res, seu pecunia promissa non est pretium, nisi ut determinatur a studiosa voluntate emendi, & vendendi spirituale; quae tamen voluntas non est in fide pacifcente.

6. Q. II. Quae pacta habeantur pro simoniaco? R. 1. Pacta expressa, quibus datur, vel promittitur temporale pro spiritualibus, sunt manifeste simoniaca: ut si datur pecunia pro donis Spiritus Sancti, pro collatione Ordinum, pro electione, nominatione, & praesentatione, &c. *Remigii a S. Erasmo. Pars II.*

tatione ad beneficium; pro ipso ingressu ad novitiatum, vel religionem; pro ipsis sacris Reliquiis &c. ita passim docent SS. Patres; & Sac. Canonibus toto *h. t. & tota causa 1. per 7. q. 9.* Quia vero docta iniquitas, & cupiditas execrabilis habendi, vim effugere non potuit Sac. Canonum, varios modos excogitavit, quibus turpitudine simoniae reteretur: sed palliola ista facile remouentur.

7. R. 2. Dare temporale pro spiritualibus, non ut pretium, sed ut motivum, conferendi spirituale, vel ut spirituale conferatur ex compensatione gratuita, est simoniacum: ita hodie certa sententia, cuius contrariam damnavit Innoc. XI. propos. 45. his verbis: *Dare temporale pro spiritualibus non est simoniacum, quando temporale non datur, tanquam pretium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale; vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spiritualibus, aut e contra.* *Prob. 1. pars ex c. 34. h. t.* ubi receptio clericis in Canonico, dicitur esse simoniaca, si ille bona sua obtulit pro praebenda sua cum conditione, si illum reciperent in Canonico: quae datio bonorum expresse non habet rationem pretii, sed motivi. Ratio est, quia in tali actu est palliatum pactum simoniacum: nam qui, v. g. vacante beneficio, dat pecuniam, ut collatorem moveat ad conferendum sibi beneficium, non alia intentione dat, quam ut efficiatur beneficium, seu ex iustitia obliget ad conferendum beneficium: quod re ipsa nihil est aliud, quam emere collationem beneficii; ergo. Jam si alter cognoscit intentionem dantis, eique consentit, est simonia ex utraque parte; si vero non cognoscit, neque consentit, est simonia tantum ex parte dantis. *Prob. 2. pars.* Compensatio gratuita, seu obligatio antidotalis, quae aliens obligatur benefactori suo, si deducatur in obligationem determinatam, v. g. ut datur spirituale pro temporalibus, vel e contra, non manet intra genus gratitudinis, sed alteratur, & transit ad genus iustitiae: quia alter, qui ex gratitudine non tenebatur conferre spirituale, sed alio modo per preces, vel obsequia indeterminate gratus esse potuit suo benefactori, jam determinate obligatur ad conferendum spirituale; ergo obligatio ista, & compensatio est vere simoniaca, licet nomine, & pallio gratitudinis veletur: tum quia haec duo: *do tibi centum, ut mihi des beneficium; & do tibi centum, ut mihi gravis sis per collationem beneficii*, re ipsa eundem contractum efficiunt, solo nomine, & lusione in vocibus excepta; ergo sicut prior actus est simoniacus, ita, & posterior. *Confir.* ab absurdo, quia ex opposita sententia sequitur facile eludi posse omnia iura simoniam prohibentia: nam quisque dicere posset, quod temporale non detur, ut pretium, sed ut efficax motivum, neque velit alterum obligare ex iustitia, sive tantum ex gratitudine determinate, quod est ludere in re tam gravi; ergo. Dicitur: Quod iure naturali inest actui, deduci potest in pactum; sed obligatio antidotalis, seu compensatio gratuita iure naturali inest actui liberalitatis, & beneficentiae; ergo. R. Dist. si tali pacto non alteretur natura obligationis conc. si alteretur, sicut in nostro casu, neg. maj. nam obligatio antidotalis est indeterminata, & arbitraria, ut hoc, vel illo modo gratitudo exhibeatur; ergo si obligatio ista determinetur ad unum, contra naturam suam alteratur, & transit in obligationem necessariam iustitiae, & conf. est simoniaca. Ceterae rationes ex his, & ex dicendis solvuntur.

8. R. 3. Dare, vel facere spirituale ex principali motivo, seu sine acquirenti temporale, est simoniacum: ita certa sent. & oppositam damnavit Innoc. XI. *prop. 46. Et id quoque locum habet*, puta quod non sit simoniacum, etiamsi temporale sit motivum principale; imo etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis; sic ut illud pluris aestimetur, quam res spiritualis, quia dans, vel faciens spirituale principaliter propter temporale, censetur dare, vel vendere spirituale pro temporalibus, tanquam pretio, quod est omnino simoniacum; cum res spiritualis vilipendatur, & minus aestimetur, quam temporalis. Exempla habes: in Canonico, qui vadit ad Ecclesiam, & palliat propter distributiones, ut finem principaliter intentum, *S. D. quodl. 8. ar. 11.* in Clerico, qui suscipit beneficium primario propter fructus temporales, in dicente missam primario propter stipendium &c. hinc enim, & similes ex hac inordinata intentione simoniam

M 4



committunt. At contra, si actus isti spirituales exer- ceantur principaliter propter finem suum intrinsecum, scilicet honorem Dei, & salutem animatum, nulla simonia erit secundario intendere commodum temporale an- nexum talibus functionibus; qualiter operari, quilibet in dubio presumendus est.

9. R. 4. Emerere preces, commendationes, vel ope- ram a tercio, ut is apud patronum, vel collatorem per- suadeat collationem beneficii, est simoniacum; ita con- ex *Can. 207. statim* 1. q. 1. ubi Nicolaus II. tres ponit species simoniae: dum *simoniaci a simoniaci, & simoniaci a non simoniaci, & non simoniaci a simo- niaci* ordinantur. Sed secunda species hujus simoniae non potest intelligi melius, nisi in casu, quo pecunia, seu aliud quid temporale datur, non ipsi Episcopo, sed alicui tercio, ut is per suas preces, vel operam impe- tret ab Episcopo collationem ordinis, aut beneficii; er- go. Idem habetur *Can. fin. 1. q. 5.* ubi Urbanus II. dispensat cum eo, pro cujus ordinatione pecunia data fuit, non Episcopo, sed alicui ex suis familiaribus. *Ra- tio* est, quia emens causam, virtualiter emit effectum; sed preces, & commendationes sunt causa obtenti be- neficii; ergo qui illas emit, ipsum beneficium emere censetur. Et hoc vitium est valde subtile, quia fami- liarum, familiares, ministri, & officiales patronorum, & collatorum facile pecunia corrumpuntur, seque ad be- neficia per interponendas commendationes impetranda simoniace obligant. *Dices* 1. Preces istae sunt quid tem- porale pretio aestimabile, imo saepius est labor in ad- eundo patrono; ergo emi possunt licite. 2. Ministris pa- troni dari aliquid solet pro impetranda audientia, vel pro informatione de qualitatibus, & meritis personae. 3. Cajus potest aliquid accipere a Titio rogante, uti- le det munus Stichis, dummodo ab hoc nihil petatur supra sortem; ergo a pari. R. *Ad 1.* Dist. ant. preces secundum se, conc. ant. secundum connexionem, & influxum moralem respectu effectus spiritualis, neg- ant. Pro labore, qui subitur in aditu patroni, vel re- dium, si notabilis est, potest aliquid accipi, cum labor iste sit extrinsecus precibus, neque per se influat in collationem beneficii; licet consultus sit jam beneficio ob- tento, aliquid ex gratitudine offerre intercessori, Reiff. *Ad 2.* Imperatorio audientia non influit in colla- tionem beneficii, uti nec simplex relatio meritorum, quae pure applicat merita, quibus patronus movetur ad dandum presentationem. In praxi tamen relatio ista me- ritorum pecuniis empta, vix fieri potest sine labe simo- niacae. *Ad 3.* Neg. aut. quia modus, quo recipit aliquid ultra sortem accipitur a tercio, omnem usuram excusa- re possit, si scilicet effectus licitus, quod tamen est contra *reg. 84. in 6.*

10. R. 5. Conventio, qua duo beneficiati sine con- sensu Superioris permittunt inter se beneficia, est simo- niacae simplex iuris communis Ecclesiasticae; nam hoc iure prohibetur *c. 5. & 7. de rer. permutat.* quasi con- tingens labe simoniae, puta improprie talis; at non est simonia iuris naturalis, quia non datur temporale, sed spirituale pro spirituali, nisi permutationi pecunia in- termisceretur.

11. R. 6. Conventio, qua quis alteri procurat be- neficium cum pacto expresse, vel tacite, ut beneficium illud ad se, vel ad tertium revertatur, est simonia qua- lificata iuris Ecclesiasticae, seu consuetudinaria: ita dicta, quod unus, seu dans, constituit fiduciam in altero, in quem beneficium transfert, quod idem beneficium ad se, vel ad tertium revertetur. Damnat haec simonia a Pio IV. *Const. Romanum 7. Kal. Nov. 1564.* a S. Pio V. *Const. Inviolabilis Kal. Jun. 1569.* Species, seu modi, quibus committitur, praecipui sunt tres: col- latio, seu resignatio beneficii cum reservatione accep- sus, ut beneficium restituatur alteri, qui nunc ob defectum aetatis non est capax illud obtinendi. Cum re- servatione ingressus, ut beneficium restituatur illi, qui illud obtinuit, & nondum possessum in favorem al- terius resignavit. Cum reservatione regressus, ut mor- tue beneficiario, vel alio modo per renuntiationem, aut professionem religiosam, idem beneficium revertatur ad priorem possessorem, v. g. Titius Canonicus Cano- nicatum suum resignavit in favorem Caii nepotis; eo tamen pacto, ut si Cajus citius moteretur, vel alio modo dimitteret Canonicatum, Titius ad eundem regredi- posset. Vide dicta *lib. 1. tit. 9. n. 2. & 7.*

*Vide etiam Elencho VI. n. CX. par. 1. p. 487. & A.* Dicitur autem haec simonia iuris Ecclesiasticae, & non naturalis; quia in illa non datur temporale, sed spirituale pro spirituali; si vero fieret commendatione, seu reservatione personarum temporalis, esset omnino vera si- monia iuris naturalis, ut de se patet. Dicitur qualifi- cata, quia fit cum speciali qualitate, & pacto mox in- finuato; & insuper specialem habet qualitatem pena- rum §. 4. referendurum. Porro dum *Const. Piana* di- citur, eam committi sola intentione dimitterent benefi- cium, id non intelligitur de intentione in mente re- tenta, sed de intentione externa, seu voluntate, & pa- cho saltem tacito alterum obligandi ad restitutionem eiusdem beneficii.

12. R. 7. Conventio pretio facta, ut alter omittat actum spirituales, est simonia, & omisso talis est si- moniaca; ut si quis pecunia corruptus omittet al- quem absolovere, vel cum ordinare, vel jurisdictionem spiritualem concedere &c. ita *c. 14. h. t.* ubi simonia- cus dicitur, qui xenium temporale a peccatore accipit, ut Episcopo, vel ministro eius peccatum illius celet; nam juxta *l. 121. ff. de R. J. Qui non facit, quod fa- cere debet, videtur facere adversus ea, quae non faciunt, & conf. non faciendo, facti simoniam.* Ad haec redu- ci possunt cetera omnia pacta simoniaca.

13. Q. III. *Quae pacta sint libera a labe simoniae? & qui adus non reputentur simoniaci?* R. 1. Pactum, quod facit Clericus ante susceptionem sacri ministerii super congrua sustentatione, aut stipendio, non est si- moniacum: ita com. nam pactum super eo, quod est iustitia debetur, est licitum, ut scilicet quantitas, si non est lege, aut consuetudine determinata, pacto de- terminetur; sed congrua sustentatio, aut stipendium iure naturali debetur Clerico ministranti spiritualia; quia dignus est operarius mercede sua *Mat. 10. v. 10.* et- go. Illa autem determinatio mercedis non est commen- satura operi spirituali, sed conditioni personae congruenter sustentandae. Ab his tamen pactis labe esse debet turpitudine, & avaritia; focus non carebit affectu simoniaco: quo sensu intelliguntur *Can. 2. & seq. 1. q. 2. & c. 36. 41. h. t.*

14. R. 2. Pactum, quod praelatus facit cum profes- soro, vel parentibus ejus, ut aliquid detur titulo do- nationis propter nuptias, vel titulo dotis, item titulo legitima, & si monasterium sit inops, titulum sustentationis, non est per se simoniacum: ita com. ex ratio- ne generali; quia, stantibus his titulis, temporale da- tur pro temporali, non pro spirituali, seu pro ingres- su religionis. Prob. specialiter 2. pars ex speciali indulto Innoc. VIII. a Tamburino *de iur. Abbatif. d. 5. q. 2. & 3.* relato, quo Pontifex iste concedit Monachibus, ut ab ingressibus dotem congruam petere pos- sint: nam in matrimonio carnali licite petitur dos, & donatio propter nuptias, sive sponsi sint divites sive pauperes *l. 19. ff. de rit. nup. l. 7. c. de dotis promiss.* &c. ergo etiam in matrimonio spirituali, quod anima per professionem religiosam inquit Christo, licite pe- titur dos, vel donatio propter nuptias, cum a matri- monio carnali bene ducatur argumentum ad spirituale *c. 2. & fin. de translat.*

Prob. 2. pars. Dum aliquid petitur titulo legitima, seu iuris ad legitimam, petitur temporale pro tempo- rali; ergo nulla est simonia. *Nec obstat l. 5. ff. de acq. haered.* nam licet liberis non debeatur legitima ante mortem parentum, tamen jus deducit ad eam debetur, & hoc jus devolvitur ad religionem; ergo, cum reli- gionem non teneatur hoc jus gratis remittere, poterit su- per eo pacifici, & transigere, ita ut deinde nullum jus habeat ad portionem hereditariam.

Prob. 3. pars. *arg. Trid. S. 25. c. 16. de Regul.* ubi permittitur religioni aliquid petere, & accipere pro vic- tu, & vestitu novitii; ergo etiam si monasterium sit inops, aliquid exigi potest pro victu, & vestitu profes- sus, qui ita temporale datur pro sustentatione tempo- rali: ita docet S. D. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. At si monasterium sit dives, ab ingressu nihil peti potest titulo sustentationis; quia tunc non est necessaria sus- tentatio, sed fingitur praetextus paupertatis, & susten- tationis: quo sensu procedit *cap. 40. hoc rit.* Imo in tali casu committitur simonia iuris naturalis, quae pro- bat Reiff. verius tamen videtur oppositum, si solum sit simonia iuris Ecclesiasticae, quia re vera in tali casu

casu adhuc temporale datur pro temporali, scilicet profes- sionem, ita ut redditus monasterii in alium usum bonum applicari possit. Sic etiam parochus dives exi- gere potest redditus stola, licet sine his congruam ha- beat sustentationem.

15. Obj. 1. Jus commune prohibendo aliquid exigi, vel accipi pro ingressu Religionis, prohibet omnem titulum accipiendi, & oppositum damnat simoniace pravitatis, ut patet ex *Can. 2. & seq. 1. q. 2. & cap. 8. 19. 25. 30. 40. hoc rit.* ubi generaliter prohibetur aliquid ex pacto accipi a professuro, etiam pro pastu, seu victu, sub titulo, aut praetextu paupertatis. Idem repetitur *Extrav. 1. h. t. in. com. 2.* Hodie titulus sustentationis allegari non potest; quia, ut inquit Van- Epsen, tot solum suscipi possunt, quot commode ali ex proventibus monasterii juxta Decret. Clem. VIII. incip. *Nullus omnino*, conformiter Trident. *Sess. 25. cap. 3. de Regul. D. Ad 1.* Iure communi prohiberi, ne quid ex pacto in monasterii opulenti accipiatur pro pastu, & sustentatione, & iure naturali prohiberi, ne quid ex pacto pro ipso ingressu recipiatur: priori modo fit simonia saltem juris Ecclesiasticae; posteriori modo iuris naturalis: nulla autem simonia erit, si quid monasterium pauper exigat ad sustentandum religiosum; ita communis horum iurum interpretatio circumfer- tur, & fundatur in S. Th. *loc. cit.* Licet autem doctrina S. Th. vera sit, non tamen potest illam debite applicari ad citata iura interpretanda, quae generaliter excludunt omne pactum circa temporalis, & solum gratuitam oblationem permittunt *cap. 30. hoc rit.* ubi in fin. subditur: *illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum.* Existimo igitur iure antiquo ob justas causas statutum fuisse, ut absolute nihil ex pacto, quocumque titulo quaesito, e- xigi, vel recipi posset ab ingressuris religionem; sicut clerici nihil recipere poterant ratione baptismi, sepul- turae, & altarum functionum spiritualium *cap. 9. h. t.* quia temporibus illis expediebat, imo necessarium erat clericos, & religiosos ab omni temporalium cupiditate alienos esse. Sed mutatis temporibus, iura ista, partim constitutionibus, & declarationibus pontificiis, partim generali consuetudine, & opinione fidelium relaxata sunt, ut hodie liceat & clericis redditus stola, & re- ligiosis temporalia exigere; dummodo pro ipsis func- tionibus spiritualibus, vel pro ipso ingressu monasterii, quod jus naturale vetat, nihil ex pacto exigatur. *Ad 2.* Pecunia titulo dotis, vel legitime, vel sustentationis data, habet rationem vel elemosynae, vel obventio- nis in commune conferendae; adeoque non excludi- tur, sed comprehenditur in *cir. decreto.* Hic tamen at- tendendum est, ne dos, vel sustentatio indiscriminatim petatur; secus multis pauperibus magis idoneis preclu- dere via ad statum religiosum; item ne inhabilis sus- cipiatur propter pecuniam, quia tunc pecunia esset fin- nis principalis, & susceptio simoniaca.

16. R. 3. Pensiones, quas clerici divites a fidelibus exigunt ratione ministeriorum spiritualium, ut fune- rum, copulationum, baptismatum &c. non sunt simo- niacae: nam *cap. 42. hoc rit.* & Trident. *Sess. 24. c. 14. de reform.* approbantur, & servari praecipiuntur consuetudines pie, & laudabiles in receptione sacra- mentorum, aliorumque spiritualium administratione fieri solite; sed solvere funeralia, baptismalia, & alia hujusmodi perinet ad pias, & laudabiles consuetudi- nes; ergo. Ratio est, quia pensiones istae non exigun- tur, ut pretium pro ipso facto ministerio, sed alio ti- tulo per consuetudinem approbato. Et quidem clerici pauperes exigunt pensiones istas titulo sustentationis, & stipendii: clerici vero divites titulo oblationum ex consuetudine debentur, & titulo decimarum persona- lium; in quarum locum videntur successisse illae pen- siones, quae etiam, si clerico diviti darent, habent ra- tionem iusti stipendii, ut ille ex temporibus eorum vivat, quibus ministrat spiritualia. Favet huic senten- tiae S. D. *quodlib. 6. a. 10. & 2. q. 100. art. 2. ad 4. Excepio 1.* Si clericus ex iustitia teneat certum ministerium praestare, pro eo non potest pecuniam ac- cipere: sicut parochus, quia saltem dominicus, & festi- vus diebus teneat pro ovibus suis missam offerre, non potest aliud stipendium pro eadem missa accipere citra injustitiam, & simoniam. *Excepio 2.* Si exactio sit vio- lenta, immoderata, excedens summam lege, aut con-

suetudine taxatam; vel si fiat cum protestatione non- faciendi spirituale, nisi numeretur pecunia, vel pigno- ra, aut fidejussores dentur: tunc enim exactio non ca- retet vitio simoniae; quia tunc ministerium spirituale praestaretur propter pecuniam, utrimque principalem, S. D. *loc. cit. a. 3. in corp.* Ex his explicatur *Can. 1. & seq. 1. q. 2. Can. 8. d. 18. & Can. 100. nullus 1. q. 1. & c. 8. 9. h. t. Dices:* pensiones istae exigi non possunt pro ministerio, ut spirituale est, nec pro ministerio, ut quidam labor corporeus est, v. g. con- dionando, baptizando, funus comitando &c. nam la- bor iste est intrinsecus, & inseparabilis a sacro mini- sterio; ergo si quid exigatur, est simonia iuris natura- lis. R. *Conc. ant. & neg. conf.* nam adus tituli alii, ut labor extrinsecus, & obligatio ad eundem certum locum, expectandi horam, & numerum alterius, neglectio proprii negotii, alique tituli ante relati.

17. R. 4. Conventio conditionalis, qua aliquid da- tur, vel legatur sub conditione, aut modo, ut quid ponatur spirituale, non est simoniaca: ita com. praxis a sac. Canonibus approbata *c. fin. de restam. cap. 12. de restit. spoliat. Clem. 2. de sepultur. &c.* nam id quod datur, vel promittitur sub conditione, non est absolute obligatorium, sed praesertim incitat, & invitatur ad faciendum spirituale, quo posito, temporale datur ex mera liberalitate, aut gratitudine; ergo nihil simo- niacae continet: unde citra simoniam potest. 1. Testator relinquere certam summam, ut pro fe anniversarium celebretur, vel altare, aut Ecclesia edificetur. 2. Prin- ceptus, vel alius promittere officium, vel relaxationem poenae infideli, si ad fidem conversus fuerit. 3. Pares- tes promittere liberis munuscula, si missam audierint, vel communionem perceperint. 4. Benefactor offerre pauperibus pecuniam, si litanas, vel alias preces recita- verint &c. hoc enim modo non emanat spiritualia, sed tantum incitantur, & provocantur animi per gra- tuam beneficentiam, ut gratis spiritualia praestentur, S. D. *loc. cit. a. 3. ad 2. Dices:* Illicitum est statuum in aliqua Ecclesia, ut non fiat alicui processio funebri, nisi solvat certam pecuniam; ergo conventiones istae conditionales sunt simoniacae. 2. Bonifac. Papa *Can. 2. quam pio 1. q. 2. ait:* nunquam legitimus Domini Dis- cipulos, vel eorum ministerio conversos, quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interveniente provocasse. R. *Ad 1.* *Conc. ant. & neg. conf.* nam per simile statu- tum principaliter intenditur pecunia, & pracluditur via gratis exhibendi alicui officium pietatis, quod illicitum est; e contra in conventionem conditionali incitativa ad opus spirituale, non pracluditur via gratis faciendi spi- ritualia, sed solum ad ea facienda animi per munifi- centiam provocantur. Unde licitum esse statuum: *quatenus certam summam deposuerit: et fiat processio funebri,* quia per hoc statutum non prohibetur gratis fieri opus pietatis, sed pecunia per modum invitationis praerequiratur. *Ad 2.* Apostolis conveniebat, non per munera, sed per predicationem, & miracula invitare ad fidem; ex quo tamen non sequitur, quod provoca- tio per gratuita munera sit illicita. Secus esset, si per munera imponeretur absoluta obligatio faciendi spiri- tualia; ut si quis per pecuniam absolute obligaretur ad ingressum monasterii; tunc enim ingressus iste pecunia emeretur.

18. R. 5. Donatio gratuita abque voluntate alterum obligandi ex iustitia ad dandum spirituale, per se non est simoniaca, licet fiat sub spe, & cum intencio- ne conciliandi animum, v. g. patroni ad dandum pre- sentationem: nam gratanter recipi poterit, quod fue- rit sine taxatione, seu pacto gratias oblatum, *c. 30. hoc rit.* cum hoc modo non emanat spirituale, sed pro- vocetur animus, v. g. patroni, ut gratis det spirituale, sicut *num. preced.* dictum. Sed licet doctrina ista speculative sit vera, in praxi tamen est valde periculo- sa, praesertim si munera domentur in notabili quantita- te ante collationem beneficii: siquidem talia munera potenter inclinant, & excecant animos, & vix un- quam dantur sine simonia, saltem mentali: imo in fo- ro externo praesumitur simonia ex pacto, ut notat Fa- gan. in *cap. 1. hoc rit. num. 27.* Reiff. & alii. Simi- liter ista promissio gratitudinis; *procurat mihi Canoni- catum, & ero tibi gratus,* licet de se, & theoricè non sit simoniaca, tamen si ex circumstantiis colligatur ob- ligatio iustitiae, & non pure antidotalis, & gratitudi- nis



ris indeterminate, est omnino simoniaca, quia promittens, re ipsa obligat se ad aliquod temporale prestandum. *Excipit* a data responsione illa dona, que etiam gratis oblata jus prohibet accipere; ut in ordinationibus, examinibus, in concursu pro parochia, expeditionibus litterarum Indulgentiarum &c.

19. R. 6. Conferre spirituale ex obligatione pure antiodrali, seu gratitudinis, non est simonia; ut si prelati suscipiat ad religionem filium, quia hoc modo vult exhibere gratitudinem pro beneficiis a patre illius acceptis: vel si Episcopus conferat alicui beneficium, quia vult ei esse gratus pro obsequiis, vel gratiis temporalibus ab eo acceptis: ita com. nam gratitudo, cum non habeat debitum, & opus determinatum, exhiberi potest per quodcumque opus, etiam nobilius re ipsa accepta: siquidem gratitudo non respicit equalitatem cum re accepta, sed effectum gratificantis, qui superare potest gratias, & obsequia ab altero prestita, secluso omni pacto, & pretio, S. D. 2. 2. 9. 78. a. 2. ad 3. & q. 106. a. 1. ad 1. ergo etiam gratitudo exhiberi potest per exhibitionem rei spiritualis; ut si prelati pro benefactore monasterii jubeat a religiosiis preces fundi, missas celebrari &c. & similiter si Episcopus, ut se gratum exhibeat, seclusa obligatione justitie, conferat alicui beneficium, nullam simoniam committit. *Dices*: 1. Gratia, vel obsequia prestita Episcopo sunt *munus a manu, & obsequia*, quod constituit pretium simoniacum. 2. Compensatio gratuita inducit simoniam, ut dictum *num. 7.* alioquin facile simonia excusari posset, dicendo, quod, v. g. Episcopus det beneficium, ut offerenti pecuniam se gratum exhibeat. R. Ad 1. Diff. ant. si obsequia ista prestantur ex pacto expresso, aut tacito, seu titulo justitie, ut pro eis detur spirituale, v. g. beneficium, conc. ant. si prestantur gratis, vel pro alia mercede conventa, ita ut nulla sit obligatio justitie pro eis dandi beneficium, neg. ant. hic autem supponitur, quod nulla sit obligatio justitie ad compensanda hęc obsequia. Ad 2. Compensatio gratuita deducta in pactum, ut spirituale detur pro temporali, omnino inducit simoniam, ut ibi dictum; quia tali casu non est actus gratitudinis, nisi nominetibus; re ipsa autem est actus justitie: at in nostro casu nullum supponitur adesse pactum, nullaque obligatio justitie; ergo sicut Episcopus pro arbitrio suo potest fidelia obsequia remunerari per officium temporale, ita etiam potest per beneficium ecclesiasticum, vel alterius rei spiritualis exhibitionem. Ex datis resolutionibus innumeri solvantur casus particulares, in quibus facile comprehendens simoniam, si modo attendas, tunc eam deprehendes, dum temporale datur pro spirituali ex pacto, seu contractu oneroso, ita ut dans velit ex justitia alterum obligare ad dandum spirituale pro temporali, vel econtra, secluso autem tali pacto, & obligatione, dare spirituale pro temporali non est simonia.

§. II.

De merce simonie.

20. *Nota* 1. Materiam adequatam simonie esse *rem spirituales*, per modum *mercis* venalis, & *rem temporalem* per modum *pretii* late sumpti pro omni eo, quod est pecunia estimabile, licet quandoque res spiritualis habeat rationem pretii, & res temporales rationem mercis, prout subiecta materia patitur; ut si per collationem beneficii emas ab altero preces, vel operas temporales.

21. *Nota* 2. Nomine *rei spiritualis* hic non intelligi creaturas naturales entitative spirituales, ut sunt Angeli, anime rationales, actus naturales intellectus, & voluntatis, sed res aliquo modo supernaturales, a Deo, vel Ecclesia ordinatas ad cultum divinum, & salutem animarum. Res spirituales hoc secundo sensu acceptę sunt in quadruplici genere: nam 1. Alique sunt *spirituales formaliter*, ut habitus supernaturales gratie, fidei, spei &c. 2. Alique sunt *spirituales casualiter*, ut sacramenta, sacramentalia, officia ecclesiastica ad animarum salutem ordinata. 3. Alique sunt *spirituales effectivę* per modum operationis, ut baptizare, absolvere a censuris, & peccatis, judicare in causis spiritualibus &c. 4. Alique sunt *spirituales connectivę*, que licet in se sint temporales, tamen propter connectiv-

xionem cum spirituali evadunt spirituales, & ad finem supernaturalem ordinantur. Triplici autem modo conjungi possunt spiritualibus; *amcedenter*, quia ordinem dicunt ad spirituale, sicut calices, vestes sacre, missalia, jupatronatus &c. *concomitanter*, ut labor corporalis in concionando, sacrificando, sepeliendo &c. *consequenter*, quatenus ad jus spirituale sequitur aliquid temporale, tanquam accessorium; quo modo jus prebende, & decimarum annexitur officio spirituali. Jam certum est, quod omnes res istę suo modo possint esse materia simonie, si dentur pro aliquo temporali. Sed pro claritate specialiter de singulari hic aliquid dicendum erit.

22. Q. I. *An res formaliter, vel casualiter spirituales sint materia simonie?* R. 1. Res formaliter spirituales sunt materia simonie, five emanant in abstracto, sicut Simon magus voluit emere Spiritum Sanctum: seu gratias gratis dadas, five in concreto; ut si servus carius venderetur, quia christianus, sacerdos, vel thaumaturgus est: nam gravis irreverentia inferretur, dum res iste tam sanctę & excelste pretio temporali estimantur. R. 2. Res casualiter spirituales, ut sacramenta, sacramentalia, five transactantia, ut varie benedictiones, & exorcismi Ecclesie, five permanentia, ut res consecrate, & benedictę: item officia ecclesiastica, ut officium Episcopi, parochi, abbatıs &c. sunt materia simonie, saltem propter accipiuntur cum suo spirituali: ita constat fere ex tota *causa* 1. q. 1. c. 9. h. 1. & alibi passim; nam hęc gratis dari Christus voluit *Matth. 10. v. 8. gratis*, inquit, *accepistis, gratis date*. Excipit materias remotas sacramentorum, & sacramentalium, que previe emi possunt, ut panis, & vinum pro Eucharistia, oleum, balsamum, calices, vestes, & alia utensilia cultui divino applicanda. *Ad vero*, dum connectivę sunt spiritualia, vendi possunt, infra dicitur, nunc.

23. Q. II. *An res spirituales effectivę per modum actionis sint materia simonie?* R. 1. Affirmative: nam actiones iste ordinantur ad salutem animarum, adeoque excedunt omne pretium temporale. Hujusmodi sunt: 1. Actus a gratis datis proficiscentes, ut prophetia, parratio miraculorum &c. 2. Actus ordinum clericalium, ut consecrare, ordinare, sacrificare, baptizare &c. *cap. 1. §. 9. &c. hoc tit. 3.* Actus officii, seu jurisdictionis spiritualis, ut conferre beneficia ecclesiastica, approbare ad curam animarum, concedere jurisdictionem pro foro interno, absolvere a censuris, dispensare in sac. Canonibus, votis, juramentis, impedimentis matrimoniorum, & ordinum, admittere ad novitium, & professionem religiosam, ceterique actus jurisdictionis ecclesiasticę five voluntarie, five contentiose in judiciis ecclesiasticis, five fiant super causis pure spiritualibus, five profanis, seu civilibus clericorum *Can. 10. vendentes* 1. q. 3. Si vero prelati habeat in suo territorio jurisdictionem temporalem, pro actu illius accipiens pecuniam, illicite, quidem, fordidę, & plerumque injuste agit, non tamen simoniam committit, cum actu iste non procedat ex potestate spirituali.

24. R. 2. Actus ordinum minorum etiam ut a laicis exercentur, sunt materia simonie: ita Laym. Scamb. & alii: nam actus isti licet in laicis non procedant ex potestate spirituali, tamen ex fine suo sunt spirituales; ergo gratis exerceri debent: pretium vero petendum est ex alio titulo, ut sustentationis, laboris extrinseci, & obligationis ad nutum alterius.

25. R. 3. Pro collatione quorumcumque ordinum, etiam primę tonsurę: item pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, Episcopi, & eorum ministri: procedente pacto, aut exactioe, nihil recipere possunt, citra vitium simonie, *cap. 1. hoc tit.* imo nec sponte oblatur: ita jure novo Trident. *sess. 21. cap. 1. de reform.* & Bened. XIII. *Constit. incip. Commisisti* 1725. *privie non. Maj.* ubi severe prohibet, ne illi, qui abbates benedicunt, ante, vel post benedictionem munera etiam modica recipiant. Hoc jure Trid. correctum est jus antiquum *Can. 4. scilicet* 1. q. 2. & *cap. 18. h. 1.* ubi post ordinationem, vel confirmationem Episcopatuum permittitur aliquid modicum, sponte oblatur accipi: item in *Trid. cit.* excipiuntur notarii in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, ut decimarum aurei partem accipere

pere possint pro dimissoriis, aut testimonialibus; dummodo nullum salarium sit eis constitutum, nec Episcopus inde aliquid accipiat directe, vel indirecte.

26. R. 4. Pro dispensationibus in legibus, & impedimentis Canoniciis nihil accipi potest: ita Trid. *sess. 24. cap. 5. de reform. matrim.* & *sess. 25. cap. 18. de reform.* nam dispensationes istę ordinantur ad bonum spirituale fidelium, & procedunt a potestate spirituali; ergo pretio non sunt solubiles.

27. *Obj. contra istas respon. 2.* In curia apostolica statuta sunt certę taxę pro confirmatione Episcoporum, pro dispensationibus, & aliis expeditionibus spiritualibus. 2. In curiis episcopalibus, non tantum sponte oblata recipiuntur, sed etiam taxę prescriptę sunt, & novę inducuntur pro investitiis, dispensationibus, & judiciis, aliisque negotiis spiritualibus; & tamen taxę istas quis simonia condemnat? Videntur ergo jura *Can.* non esse ubique recepta, & scilicet ait *Constitut. cit. Trid. sess. 21. cap. 1. de reform.* non ubique praxi receptam esse. 3. Cancellarię secularium patronorum taxę determinatas habent; & vix expediunt litteras presentationis, nisi prius taxa solvatur, vel presentatus ad eam solvendam se obliget; & tamen patronos istos, eorumque officiales nemo condemnat simoniam.

R. Ad 1. In curia apostolica actus spirituales gratis expediuntur: taxę vero honestantur ex pluribus titulis: ut ex *titulo communiacionis*, dum votum commutatur in opus pium, & elemosynam: ex *titulo coercicionis* per modum penitentię, dum ob precedens delictum petit dispensatio: ex *titulo cohibicionis* a petitione dispensationum, ut dispensationes sint onerosę: ex *titulo sustentationis* pro officialibus Papę, qui plurimi sunt, & pro tota Ecclesia laborant &c. *Ad 2.* Trident. *loc. cit. ejusmodi taxas, ac statuta, & consuetudines etiam immemorabiles quorumcumque locorum, que potius abusus, & corruptelę, simoniacę praxi istę faventes nuncupari possunt, penitus castat, & interdicit.* Ex jura hoc Decretum judicat sac. Congr. ut fufius offendit *Fagn. cap. 1. in ordinando hoc tit.* Quod vero Decretum Trident. dicatur a Lessio, & aliis non esse ubique usu receptum, id quidem experientia probat: ab uno adit titulus, & causa sufficiens coherens ejusmodi taxas, presertim excessivas, juri scripto tam antiquo, quam novo adversantes, est questio facti, utique pro foro conscientię decidenda ab his, quorum interest. Hęc consuetudo taxas exigendi solet justificari ex presumptione: quia presumitur incepisse ex legitima causa, & titulo, v. g. sustentationis ministro Curie, vel ex privilegio apostolico: quia vero presumptio ista est facti, quo deficiente, sicut lex, ita & consuetudo deficit; ne alioquin ad illicitum obliget, ideo durum videtur ex presumptione ista conscientiam justificare. Hinc, ut ait P. Laym. *lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. 4. num. 40. consultum valde esse tales consuetudines; speciem mali preserentes, tollere, siquidem Episcopi, qui sufficientes redditus habent, (secus in pauperibus) ex lege justitie obligati sunt ad stipendia justa officialibus suis solvenda, ne pro spiritualibus functionibus aliquid loco stipendii exigere cogantur ab his, quibus administrant: qui sensus est etiam ceteris Doctoribus, qui hanc materiam periculosam mente pacata considerant. Hoc certum est ex supra dictis, quod hi Ordinarii, vel ejus officiales nolunt ordinationes celebrare, stante justa causa, dispensare, litteras testimoniales dare, in beneficiis influere, nisi pecunia numeretur, omnino committit simoniam; quia actus isti spirituales principaliter exercentur propter pecuniam, S. D. 2. 2. 9. 100. *art. 2. in corpor.* & *ad 3.* Item certum est plerumque injustitiam committi, si taxę indiscriminatas, & equaliter petantur a divitibus, & pauperibus clericis, religiosiis, aliisque fidelibus: cum enim taxę istę non dentur pro actu spiritualis jurisdictionis, sed *titulo sustentationis*, ratio habenda est facultatum, ut proportio servata, concurratur ad hanc sustentationem. Ad 3. Cancellarię secularis simonia excusari solet *titulo privilegii apostolici*, quo Papa principibus, aliisque patronis indulgere solet, ut certos redditus, vel pensiones in sustentationem Episcoporum, & aliorum prelatorum percipere possint: *titulo reservationis*, dum patronus transferens bona sua in Ecclesiam, reservavit sibi certam*

pensionem a quolibet novo beneficiato prestandam; vel si bona data sint Ecclesie in feudum cum conditione, ut novus beneficiatus in recognitionem domini directi prester certam pensionem per modum *relevii*. Ceteri tituli plerumque non excusant ab injustitia, & simonia: non *titulus sustentationis* officialium, qui a domino suo competens pensionem non habent, sed hoc restitui debet ex consuetis taxis pro litteris presentationum ad beneficia datis: nam beneficiarij non tenentur concurrere ad sustentandos officiales patroni: imo aperta est simonia; dum presentatio datur, ut clericus presentatus aliquid conturbat pro sustentandis officialibus cancellarię patroni: non *titulus gratitudinis*, quia hęc alio modo exerceri potest: si vero fit determinata ad certam taxam, & pecuniam, non liberat a simonia, ut supra dictum *num. 7.* non *titulus stipendii, & mercedis*, quia ex hoc titulo, licet aliquid moderatum, & labori scriptionis adequatum accipi possit, tamen excessiva taxa peti non potest: imo patronus vi juris patronatus, sicut obligatur gratis presentare, ita quoque obligatur gratis dare litteras presentationis. Alium titulum non reperio, nisi *gratie*, ut, quod sponte sine taxatione offertur post expeditam presentationem, granatur a patrono, vel ejus cancellaria recipitur, conformiter *c. 30. in fin. h. t.* Quo titulo potius recipiantur redditus stolę, dixi supra.

28. Q. III. *An res spirituales connectivę sint materia simonie?* R. 1. Calices consecrati, paramenta sacra, loca auctoritate ecclesiastica deputata ad cultum divinum, ut Ecclesie, cęmeteria, & alia hujusmodi, ut accipiuntur adquate cum sua benedictione, & ordine ad finem supernaturalem, sunt materia simonie: ita com. nam res istę hoc modo acceptę sunt omnino sacre, & nullo temporali pretio adequabiles.

29. R. 2. Calices, & alia res sacre habentes materiam pretio estimabilem, secundum illam vendi possunt absque ulla simonia: ita com. cum S. D. 2. 2. 9. 100. a. 1. 2. & 3. contra Abbatem, & quosdam veteres negantes vasa sacra vendi posse, nisi prius per contractionem exercentur. *Prob. ex Can. 2. ca. 10. q. 3. ibi: vel disfranchantur integra, vel alii locis venerabilibus oblata dentur, vel constanta milibet alii vendantur, & Can. 70. aurum* 12. q. 2. ubi pro necessitatibus pauperum permittitur vasa sacra divendi. *Ratio est*, quia res sacre per consecrationem, & ordinationem ad cultum divinum, non amittunt suum valorem naturalem; ergo secundum materiam vendi possunt: integrę quidem pro alia Ecclesia; contractę vero, si ad usum profanum adhiberi debeant, ut insinuunt *citt. jura, & l. 21. cum aurb. preterea C. de sac. Eccl.* Ab hac resolutione excipiunt quidam Ecclesiam, & cęmeterium; quia hęc duo non solent esse in commercio humano: nihilominus probabile est, quod proprietates materiales Ecclesie, & sepulchri propriis, vel majorum sumptibus edificati per venditionem transferri possint in alium, cum consecratio, vel deputatio ad finem spirituales non tollat materiale valorem loci, edificii, & sumptuum in eo impenforum: quamvis sine necessitate, & debitis solemnitatibus, venditiones tales non sint faciendę.

30. *Obj. 1.* Ecclesiam non posse vendi probat *Can. 7. si quis* 1. q. 3. & *cap. 15. hoc tit. 2.* Sepulchrum vendi prohibetur *Can. 12. cum seqq. 13. q. 2. cap. 9. 41. hoc tit. & cap. 13. de sepulch.* Venditio olei benedicti, & Chrismanis dicitur simoniaca *Can. 105. distum* 1. q. 2. & *cap. 8. hoc tit. 4.* Sacra vasa posse vendi, sed non nisi excreta, docet S. D. *loc. cit. ad 2. 5.* Licet prebenda, ut est jus exigendi fructus temporales, sit pretio estimabilis, tamen, quamdiu est annexa juri, & officio spirituali, citra simoniam vendi non potest: *cit. Can. 7. si quis* 1. *quest. 3.* ergo a pari.

R. Ad 1. in *cit. Can. 7.* fermo est de Ecclesia, non materiali, sed obtenta in titulum, seu de beneficio, ut patet ex verbis: *Nullus igitur emas Ecclesiam, aut prebendam* &c. In *cap. 15. hoc tit.* agitur de Ecclesia non locanda, & non vendenda sine consensu capituli. Ad 2. Citata jura procedunt de cęmeterio communi, in quo fideles gratis sepeliri debent, licet ex aliis titulis aliquid accipi possit, v. g. pro conservacione illius, pro loco digniori, pro sustentatione ministrorum, &c. At si est sepulchrum proprium secundum materiam



teriam suam vendi potest: quo casu jus sepulture accessorie transferretur in emptorem. Sic etiam servatis servandis, Ecclesia fundum cœmeterii cedere potest, v. g. Regularibus pro alio fundo commodiori ad sepeliendos fideles. *Ad 3.* Oleum, & Christina prohibentur vendi, quia, cum materia sit exigui pretii, beneficii potius, quam materia censetur vendi. *Ad 4.* S. D. loquitur pro casu, quo vasa sacra vendenda sunt ad usum profanum pro necessitate Ecclesie, & pauperum; & tunc omnino confingenda sunt. *Ad 5.* Neg. conf. nam præbenda, ut quid accessorium, auctoritate papali annexitur officio spirituali, ut principali, ejusque conditionem sequitur, ut nisi per Papam separetur ab officio spirituali, cetera simoniam vendi non possit; e contra materia sacris, & similibus rerum, est quid principale, cui consecratio, vel beneficii accessorie supervenit; & conf. materia vendi potest, quam accessorie sequitur beneficii, sicut venditionem castri accessorie sequitur jus patronatus ei annexum.

31. R. 3. Jus patronatus scilicet, & per se vendi non potest citra simoniam juris naturalis: ita com. contra Sor. Sylv. Navar. docentes esse simoniam juris ecclesiastici; nam jus patronatus, vel est spirituale formali, vel saltem connexive antecedenter, quatenus ordinatur ad collationem officii spiritualis, neque per se aliquam materiam habet pretio æstimabilem; ergo si vendatur, venditur quid spirituale, & hoc irreverenter tractatur, seu violatur, in quo consistit simonia juris naturalis. *Dices:* 1. Jus patronatus est inventum Ecclesie, & sequitur naturam patrimonii profani, transiendum ad hæredes, & emptores. 2. Ex jure patr. non fuit actio spiritualis, neque presentatio tribuit aliquod jus spirituale. *R.* *Ad 1.* Dist. ant. est inventum factum, sicut novitatus, prius tonsura &c. conc. ant. profanum, neg. ant. Quod jus patronatus transmittatur ad hæredes, & emptores loci, cui simile jus est annexum, id oritur ex generali privilegio juris habitantis laicos ad possidendum hoc jus spirituale. *Ad 2.* Presentatio est actio spiritualis connexive, & tribuit jus saltem remotum, ut presentatus, si idoneus est, necessario institui debeat.

32. R. 4. Præbenda, seu beneficium, ut est jus percipiendi fructus temporales, non potest vendi citra simoniam juris naturalis: ita Abb. Covar. Gonz. Schmier. Schmalz. contra Gloss. cap. 12. de off. Deleg. v. *dimittere*, Nav. Clar. Zoes, & alios, volentes esse simoniam tantum juris ecclesiastici. Prob. ex Canonibus *cause* 1. q. 3. ubi clare colligitur simoniam istam esse jus naturalis: nam *Can. 8. ibid.* Urbanus II. eam damnat his verbis: *pecunia tua tecum sit in predicationem, ex Altor. 8. v. 19. item seq. Can. 9.* venditores præbendarum tanquam nummularii comparantur venditoribus columbarum, qui sacram manus impositionem vendere conantur; & infra dicuntur esse *divinorum præceptorum immemores*, & *Can. 14. ibid.* Paschalis II. ait: *Altare, & decimas per pecuniam dari, & Spiritum Sanctum vendere, simoniacam heresim esse nullius fœdium ignorat*, ubi nomine altaris venit præbenda ex doctrina *Can. 4. ibid.* imo, si decimas vendere est simoniacæ heresim, multo magis vendere præbendam erit heresim simoniacæ. Huc faciunt plurimi textus, *cap. 6. & fin. de pall. cap. 4. 7. de transact. cap. 15. 34. hoc tit.* ex quibus sane plus colligitur, quam simonia juris ecclesiastici. *Ratio est*, quia simonia juris naturalis; est violatio rei sacre per venditionem, sed præbenda, quatenus auctoritate papali annexa juri, seu officio spirituali, est res sacra, saltem connexive, & tanquam accessorium sequitur naturam officii spiritualis; ergo si vendatur, violatur res sacra, & conf. fit simonia juris naturalis: unde *Can. 7. si quis 1. q. 3.* de tali venditione dicitur: *quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit*. Idem dic de capellanis, commendis, pensionibus auctoritate Episcopi constitutis, & officio spirituali annexis. Si tamen a principali Rectore pensiones annuatim sint solvenda pensionario, ad munus spirituale obligato, probabile est, eas redimi posse per anticipatam solutionem; cum hic detur temporale pro temporali, seu pro immunitate a solvendis annuis pensionibus: licet tunc sit, ut redemptio ista fiat cum licentia Papæ.

*Vide addit. hac part. II. pag. 65. post n. 3. &c.*

*Dices:* Papa vendere potest præbendam sine simonia; ergo hæc non est juris naturalis. 2. Creatio, & annexio præbendarum facta est jure Can. ergo venditio illarum est tantum contra jus Can. 3. Sic se habet præbenda ad officium spirituale, sicut villa, vel castrum ad jus patronatus: nam utrobique unum est annexum alteri; sed vendi potest villa sine simonia juris naturalis, ergo & præbenda. *R.* *Ad 1.* Si Papa jus præbendæ separet ab officio spirituali, jus istud, utpote mere temporale, vendi potest absque ulla simonia: nullus autem Papa inferior hæc dat jura separe potest. *Ad 2.* Conc. ant. saltem quoad formam, & determinationem, & neg. conf. nam supposita institutione, & annexione præbendæ, venditio illius contrariatur juri naturali, sicut supposita institutione novitatus, vel primæ tonsuræ, jam venditio similibus juri naturali est adversa. *Ad 3.* Est disparitas: nam villa est quid principale, cui accessorie unitur jus patr. & conf. manet venalis: e contra præbenda est quid accessorium officii, ejusque naturam sequitur; ergo sicut officium venditur, ita nec præbenda, ut dixi n. 29.

Ex his facile resolvuntur particulares quæstiones de aliiis rebus, & actionibus spiritualibus, de quibus consule Laym. l. 4. r. 10. c. fin. §. 4. & 5. & præ ceteris S. D. 2. 2. q. 100. a. 2. 3. 4.

§. III.

De Pretio simoniaco.

33. *Nota minus* hic non accipi pro dono liberali, sed pro aliquo ex justitia commutativa debito; qualiter etiam onera ex justitia debita dicuntur *munera rit. ff. de mun. rit.* Hoc sensu *minus* est triplex: 1. *Munus a manu*, per quod intelligitur pecunia late sumpta pro omni re mobili, vel immobili in alterum transferibili. 2. *Munus ab obsequio*, quod est servitium temporale ex justitia præstandum, ut famulari, negotia gerere, scribere &c. 3. *Munus a lingua*, quod est omne genus precum temporalium, laudum, commendationum, quatenus hæc ex obligatione sunt ad obtinendum spirituale, vel ad compensandum pro illo obtento. Insinuat hæc divisio *Can. 113. ordinationes. 1. q. 1. & Can. 8. Salvator. 1. q. 3. ibi: ideo &c. & traditur a S. D. 2. 2. q. 100. art. 6. in corp.*

34. Q. I. *An minus ab obsequio, & lingua consistat materiam, seu pretium simoniæ?* R. 1. Affirmative; dummodo munus istud præsterit ex debito, seu ex obligatione justitiæ, ut intuitu illius detur spirituale, vel quia datum est spirituale pro tali munere præstatio vi pacti expressi, aut taciti: nam sicut munus a manu, ita quoque munus ab obsequio, & lingua est temporale, & pretio æstimabile; ergo si fiat ex pacto, & obligatione justitiæ pro aliquo spirituali, vim habet pretii simoniaci, quo spirituale emittit. Unde 1. Simonia est servire Episcopo sine salario, vel cum modico salario, cum expresso, vel tacito pacto, ut loco salarii beneficium ferventi conferatur. At, si serviat gratis, vel sub spe obtinendi beneficium, nolendo tamen ex justitia Episcopum, vel patronum obligare, per se loquendo non est simonia, cum non præsterit munus ab obsequio, ut intuitu illius ex justitia detur beneficium: est tamen hoc periculosum, præsertim ante collationem beneficii: tum quia in foro externo speciem simoniæ præferret, & scandalum generat; tum quia inducit in peccatum acceptionis personarum; tum quia servitia gratuita, sicut munera, plerumque excedant, & degenerando in obligationem justitiæ, simoniam seculi trahunt. 2. Simonia est offerre preces, vel commendationes, v. g. laudabo, vel commendabo te apud principem, si mihi, vel huic meo clienti beneficium, vel in electione suffragium dederis: vel contra, do tibi beneficium, & suffragium, ut me apud principem commendes, vel pro me preces interponas: & sic de aliis in particulam.

35. R. 2. Dare spirituale propter causam temporalem, nulla intercedente obligatione justitiæ, non est simonia: ita com. cum S. D. 2. 2. q. 100. a. 3. ad 2. nam simonia fundatur in contractu emptoris, & venditionis, seu ut spirituale pro temporali, vel e contra, detur per modum commutative compensationis ex justitia; ergo. Unde 1. non est simonia, si quis alicui confere

beneficium intuitu consanguinitatis, amicitie, familiaritatis; quia confert gratis, nec aliquam compensationem petit ex parte collatarii. Ex alio tamen capite, si consanguineus sit indignus, reprobandus talis collatio, *cap. unio. ut Eccl. benefic.* At si aliquis dat beneficium ecclesiasticum alicui hoc pacto, ut exinde suis consanguineis provideat, est manifesta simonia, S. D. loc. cit. nam sic dando, imponit collatario obligationem justitiæ compensativam collationis. 2. Qui pro se interponit preces, commendationes, adulationes, ut obtineat beneficium, & collator, vel patronus ad has preces confert illud, neuter simoniam committit: ita com. nam collatio est gratuita, non vero ex justitia compensativa precum, vel adulationum. Nec obstat *Can. 113. ordinationes 1. quest. 1.* siquidem collatio ad preces facta tunc est simoniaca, quando preces per illam emuntur, modo ante dicto; focus si preces sint tantum causa impulsiva ad collationem c. 34. h. 1. *Can. 121. & seq. 1. q. 1.* At si collator daret beneficium, ut collatarius obligaretur ei facere jocos, vel comparere ad collandum, aperta foret simonia. 3. Qui propter preces armatas, seu metum injuste incusatum, dat beneficium, non est simoniacus: nam beneficium gratis datur, tanquam medium ad tollendam vexationem. At si collator metum incipienti imponeret novam obligationem justitiæ, v. g. ut in posterum semper cesset ab injusta vexatione, collatio foret simoniaca. 4. Qui dat beneficium debitori, metu amittendi debitum, non est simoniacus, quia illud gratis datur: at si apponat pactum securitatis, seu conditionem, ut beneficius debitum solvat, simoniaca est collatio, propter novam obligationem. 5. Qui dat temporale gratis, artamen sub conditione contractum recipiendum non inferente, non est simoniacus; ut si puella promittat dotem sub conditione, si religionem professæ fuerit, vel si legentur centum, ut anniversarium celebretur &c.

36. Q. II. *An, & quando spirituale datum pro spirituali habeat rationem pretii simoniæ?* R. 1. Regulariter loquendo, non habet, nisi beneficium commutetur pro beneficio abique consensu legitimi superioris: quo casu est simonia juris ecclesiastici, *cap. 5. 7. de rer. perm. 2.* Si imponatur onus, quod de jure inest, non est simonia, v. g. confertur tibi beneficium, ut alterum incompatible religiosus, vel ut solvas debita ratione prelaturæ, seu Ecclesie contracta: at si imponatur onus, quod de jure non inest, est simonia propter novam obligationem pretio æstimabilem, v. g. confertur tibi beneficium, ut alterum resignes compatibilis, ut solvas expensas, quas ratione personæ sue, vel litis, fecit prior beneficius. At si collato beneficio, Papa gravet beneficium ad solvenda debita priora, non est simonia; quia gravamen istud non descendit ex contractu, sed ex voluntate, & jurisdictione Papæ.

37. Q. III. *An redemptio injuste vexæ pro dationem temporalem sit simoniaca?* R. 1. Si vexatio superveniat juri jam plene quæsitio in prelatura, aut beneficio, non est simonia vexationem istam pecunia redimere. *Can. 4. questum 1. q. 3. & cap. 28. hoc tit.* nam tali casu non datur temporale pro spirituali, sed pro temporali; cum cessatio, seu ommissio injuste vexationis sit mere quid temporale; ut si quis Episcopum confirmaturam injuste velit vexare, poterit ei dari pecunia, ut removeatur impedimentum injuste vexationis. Quod procedit etiam in casu, quo Episcopus confirmatus necdum adeptus est possessionem; quia possessio ista est tantum facti; adeoque si quis ab ea impediatur injuste, poterit impedimentum pecunia remove. At si vexatio est justa, v. g. propter dubium legitime electionis, vel si jus in prelatura necdum sit plene quæsitum, non licet eam pecunia redimere; quia hoc modo pro pecunia deveniret ad prelaturam: imo si fieri potest, vexationes injuste semper officio judicis elidende sunt.

38. R. 2. Si vexatio antecedit electionem, seu acquisitionem prelaturæ, aut beneficii, regulariter non licet eam pecunia redimere, S. D. 2. 2. q. 100. a. 2. ad 5. ubi rationem reddit: quia talem vexationem removens, per pecuniam pararet sibi viam ad rem spiritualem obtinendam: sic enim dant pecuniam Canonico electo, ne eum vexet, virtualiter, & primario intendit electionem sui, *cap. 23. hoc tit. 2.* Si vexatio imminet ab extraneo, ut quia is vult tibi nocere per similtas

relationes, discommendationes, & persuasiones malignas, redimendo talem vexam pecunia, non committit simoniam; est vexator elicit capitularis, volens re apud alios coelectores denigrare, & discommendare; nam quique jus quæsitum habet, ne similitre apud alios discommendetur: quo casu redimendo vexam, non facit sibi viam expeditiorem ad electionem, sed præcise impedit viam duriorem injuste causandam. 3. Si detur pecunia electoribus, ne eligant indignum, determinando personam dignioris eligendi, committitur simonia, quia obligatio hujus pecunie re ipsa influit in electionem dignioris. At si persona dignior nulla determinetur, speculative loquendo, nulla est simonia, quia pecunia datur pro temporali, seu pro remotione indigni. Sed quia modus iste periculosus est, & plerumque palliatam habet simoniam, ideo ab illo abstinendum, & electio indigni alio modo impedienda est; puta per recursum ad superiorem.

39. Q. IV. *An sub materia simoniæ continentur annate?* Nota annatas esse certas pensiones, quæ ex episcopatum, aliorumque beneficiorum fructibus primi anni solvuntur Camere apostolicæ. Harum 4. sunt species: 1. *Annate* specificæ, quæ sunt dimidia pars fructuum primi anni, obveniens soli Papæ ex beneficiis inferioribus, & regularibus, non consistorialibus; hoc est, quæ in Consistorio Papæ non conferuntur; dummodo redditus anni excedant 24. aureos. In Germania, Gallia, & Hispania ex Canoniciatibus, & beneficiis aliis nullæ annatæ solvuntur; quia ex moderamine Sedis apostolicæ taxantur ad 24. aureos, licet re ipsa mille, vel plura millia aureorum inferant. 2. *Communia servitia*, quæ communiter obveniunt Papæ, & Cardinalibus, his dimidium, & illi dimidium, & dantur ex prelatibus consistorialibus, vel collatis in Consistorio Papæ, rogatis Cardinalium suffragiis. Tales in Germania sunt Archiepiscopatus, Episcopatus, prelaturæ tam seculares, quam regulares immediate Sedi apostolicæ subiectæ. Et quamvis integri fructus primi anni solvi deberent, fit tantum moderamen, ut vix quinta pars solvatur, dato termino duorum annorum: & si prelatura bis, vel pluries eodem anno vacet, non solvitur, nisi una annata ex concord. Germ. §. *placet similiter*. 3. *Servitia minus*, quæ sunt minutæ partes annatæ, seu certæ portiones dividende inter ministros minores Papæ, secundum proportionem taxæ. 4. *Quindennia*, quæ sunt dimidia pars fructuum unius anni singulis quindecim annis Camere apostolicæ solvenda ex beneficiis quibusdam unitis, vel specialiter exemptis a communi reservatione beneficiorum: sicut est prepositura Augustana, ex privilegio Alexandri VI. facta electiva. Vide de his Fagn. c. 1. *preterea. Ne prelati vic. suas.*

40. R. Exactio, & solutio annatarum non est simoniaca, sed licita, justa, & necessaria: ita Cathol. contra Hæret. quamvis in Concil. Basiliensi etiam nonnulli Catholici de honestate harum annatarum disputaverint: nam beneficia conferuntur a Papa gratis; pensiones vero istæ ex multis causis justificantur; & quidem 1. Annatæ exiguntur in signum subjectionis erga romanam Ecclesiam, a qua omnes Ecclesie, & instituta sunt, & dependent, *Can. 1. d. 22. 2.* Exiguntur in subsidium Sedis apostolicæ, ut hæc pro toto orbe laborans, facilius sustentare possit Cardinales, & plurimos alios officiales, quibus indiget ad regimen totius Ecclesie; atque ut bene meritis premia re, & pauperes clericos ad se confluentes sublevare valeat. 3. Exiguntur ad publicas Ecclesie necessitates, ut ad bellum contra infideles &c. Vide *cit. Fagn.*

§. IV.

De pœnis, restitutione, & judice simoniacorum.

De pœna aeterna, quam meretur gravissimum delictum simoniæ, etiam internæ, hic non agimus: neque de pœna arbitraria, quam iudex imponere potest, ubi jure non est expressa; sed de pœnis a jure latis contra simoniam commissam in ingressu religionis, in collatione Ordinum, & provisione beneficiorum.

41. Q. I. *Quæ simonia habeat pœnas a jure statutas?* R. 1. Sola simonia realis, & consistorialis; ita com. Prima pars prob. ex canonibus *cause 1. quest. 3. cap. 8.*



cap. 8. 34. 40. *Ec. hoc tit. Extrav. 1. & 2. eod. int. com.* ubi pœnae istæ statuuntur contra simoniam datione spiritualis pro temporali completam; ergo cum pœnae sint odiosæ, extendi non debent ad aliam simoniam: *mentalem cap. fin. hoc tit.* pro qua sufficit suo satisfacere Creatori: mere *conventionalem*; quia non est perfecta in qualitate traditionis ad pœnas requisitæ; nec ad *conventionalem mixtam* traditione solius pretii temporalis perfectam; quia in ea res spiritualis necdum reipsa irreverenter profanatur: & probabilius neque ad conventionalem mixtam traditione solius rei spiritualis completam; quia nisi simonia completa sit traditionis utriusque rei temporalis, & spiritualis, non reperitur habere pœnam a jure dictam. 2. *Pars* patet ex Const. Pianna alleganda *num. 45.* Hic excipit simoniam conventionalem in electione Papæ commissam ex *Const. 3. Julii II.* ubi etiam promissiones pœnis simoniæ subiunguntur.

42. *Re. 2.* Pœnae simoniacorum in ingressu religionis sunt: 1. Dantes, & recipientes, si persone sunt singulares, excommunicantur; si capitulum, suspenditur ab officio; non tamen ab Ordine: & utraque hæc pœna reservata est Papæ, *cit. Extrav. 1. hoc tit. 2.* Incurrunt infamiam juris, saltem in crimine notorio notorietate juris, aut facti, *ibid. §. ceterum*, & conf. sunt irregulares. 3. Simoniacæ professus detrudendus est in archius monasterium, nisi cum illo Episcopus dispenderit, *ibid. & cap. 25. 40. hoc tit.* Hæc pœnae raro locum habent, quia pro ipso ingressu non solet ali- quid peti.

43. *Re. 3.* Pœnae in collatione Ordinum sunt. 1. Ordinans, vel ad Ordines præsentans, excommunicatur ipso facto, *cap. 2. hoc tit. & cit. Extrav. licet delictum sit occultum ex Const. Sixti V. incipit. Sanctum*, quæ quoad pœnas confirmata est per Constitut. Clem. VIII. *Romanum prid. Cal. Martii 1595.* 2. Suscipiens, vel collatione Ordinum, & exercitio pontificalium *ibid. & c. 45. hoc tit. 3.* Interdicitur ab ingressu Ecclesiæ; quod interdictum violando, fit irregularis; & a regimine suæ Ecclesiæ, & fructuum perceptione suspenditur, *cit. Constit. Sixti V. Eisdem* proportionaliter pœnas incurrit simoniæ ordinatus, scilicet excommunicationem, suspensionem ab executione Ordinum, saltem simoniæ acceptorum: & si secularis est, privatur officiis, & beneficiis; regularis vero voce activa, & passiva; cum inhabilitate ad illam, *cit. Constit. Excusantur a pœnis*, qui ignari per simoniam ordinati sunt *cap. 22. hoc tit. Can. 3. presertim 1. q. 5.* Neque pœnae istæ extendendæ sunt ad notarios. Excusatur etiam Episcopus ab excommunicatione, si quid sponte oblatum suscepit, quia hanc pœnam non exprimit Trid. *sess. 21. c. 1. de refer.*

44. *Re. 4.* Pœnae simoniacorum in provisione beneficiorum sunt: 1. Obrinentes, dantes, & cooperantes ipso facto incurunt excommunicationem Papæ reservatam, *Extrav. 2. hoc tit. int. com. S. Pius Constituit. Quam primum*, 2. Provisio, electio, confirmatio, institutio ipso jure est nulla, ita ut nullum jus, neque titulus coloratus proviso acquiratur, *ibid. 3.* Ita provisus tenetur omnes fructus ex beneficio perceptos restituere *sub anime sue periculo*, adeoque ante ullam sententiam iudicis, *ibid. 4.* Ita provisus fit inhabilis ad idem beneficium pro hac vice, etiam si, eo ignotante, simonia commissæ sit *cap. 17. hoc tit. cap. 59. de elect.* donec per intermedium personam vitium simoniæ purgetur. Si tamen est beneficium simplex, poterit cum illo Episcopus dispensare, dummodo ipse igitur fuerit simoniæ, *cit. cap. 59. de elect.* prioribus tamen beneficiis non privatur ipso jure, quamvis per sententiam privari possit *cap. 21. de accus. 5.* In virtute S. Obediencie præcipitur omnibus, quibus constat, simoniam commissam fuisse in provisionibus, ut eam revelent Papæ, vel ab eo deputato; qui si complices fuerint, veniam criminis, & gratiam obtineant; secus nolentes revelare, non sunt absolvendi, *cit. Extrav. 2.* Hic tamen observa, quod simonia, ignorantæ proviso commissæ in fraudem ejus, ut scilicet provisio ejus cassetur, ei non obstat: imo si bona fide obtinuit beneficium fructus facit suos, sicut alius bonæ fidei possessor, donec bona fides resolvatur per notitiam simoniæ: tunc enim fructus saltem extantes restituere tenetur, nisi per triennem possessionem beneficium præscripserit ex regula

36. Cancellariæ de trienn. poss. Reiff. *hoc tit. §. 11. num. 278.*

45. *Re. 5.* Pœnae simoniæ confidentialis sunt: 1. Excommunicatio lata sententia reservata Papæ. 2. Interdictum ab ingressu Ecclesiæ, quo tantum prælati stringuntur. 3. Nullitas resignationis, & collationis per eam factæ. 4. Privatio omnium beneficiorum prius obtentorum. 5. Inhabilitas ad idem, & alia beneficia. 6. Beneficium ita simoniæ resignatum reservatur Sedi apostolicæ, & fructus male percepti applicantur ejus Camere: quæ pœnae incurruntur ipso facto, Pius IV. *Constit. Romanum 17. Cal. Novemb. 1564.* & S. Pius V. *Constit. Intolerabilis Cal. Jun. 1569.* Privatio tamen aliorum beneficiorum, cum sit proprie pœna vindictiva, requirit sententiam declaratoriam criminis. Ceterum mediatores, seu procuratores simoniæ confidentialis, cum non exprimentur, non incurrunt excommunicationem reservatam, nisi simul concurrat simonia realis dato, & accepto completa per *cit. Extrav. 2. h. t.*

46. *Re. 6.* Pœnas simoniæ in provisione beneficii commissæ probabilius incurrunt etiam illi, qui in permutatione beneficii committunt simoniam juris ecclesiastici: nam jura non distinguunt, nec excipiunt, sed volunt pœnis ligari omnes, qui quomodolibet dando, vel recipiendo, simoniam commiserint, *c. 11. h. t. & cit. Extrav. eod.*

47. *Q. II. Quomodo per simoniam accepta restituenda sint?* *Re. 1.* In materia beneficii datum, & acceptum restitui debet ante omnem sententiam, cum jus impedit translationem juris *cap. 11. hoc tit.* In materia extrabenevolentia spirituali non est restituendum per se, quia licet peccetur contra Religionem, non tamen contra justitiam commutativam. Pretium temporale de jure naturali restitui debet, quia id exigit justitia commutativa; ut si accepti pecuniam pro re mere spirituali, nullum temporale commodum habente; vel si Episcopus, aut parochus aliquid accepit pro iis, quæ aliunde ex justitia facere debuit. At si res spiritualis habeat commodum temporale adæquans datum pretium, hoc non est restituendum de jure naturali; ut si vendidisti calicem, vel jus patronatus suis commodis instructum, dummodo ratione spiritualitatis non sit plus acceptum: nam hoc casu non leditur justitia commutativa: vel si pro ingressu religionis aliquid accipitur dummodo acceptum convertatur in bonum communitatis, *Extrav. 1. h. t. int. com.*

48. *Re. 2.* Attento jure naturali, acceptum simoniæ restitui debet parti læsæ, cum hæc damificetur, nisi per sententiam iudicis adjudicetur Ecclesiæ, *c. 11. hoc tit.* siquidem emptor rei spiritualis ob tam grave scelus meretur privari pretio dato; ergo iudex potest illud adjudicare Ecclesiæ per hoc delictum læsæ, vel etiam pauperibus, ut docet S. D. 2. 2. q. 100. *art. 6. ad 3.* Et hæc procedunt etiam in simonia mentali, si quid injuste acceptum sit: secus, si nulla injustitia commissæ sit in facto simoniaco, nihil erit restituendum: quo sensu procedit *c. fin. h. t.*

49. *Q. III. Quis sit iudex in crimine simoniæ?* *Re. 1.* Solus ecclesiasticus privative, etsi simonia commissæ sit a laico; nam simonica heresis, sicut vera heresis, est crimen mere ecclesiasticum: non ex jure civili, sed ex jure div. & Can. judicandum, etiam in questione facti, quæ vix unquam separatur a questione juris: executio tamen punitiva fieri potest a iudice laico. 2. Quilibet accusare, & restem agere in hoc delicto potest, etsi alias sit inhabilis *cap. 3. & 7. hoc tit.* nisi capitalis esset inimicus *cap. 31. hoc tit.* vel paganus, aut hæreticus. Et quia crimen hoc plerumque fit occulte, etque difficilis probationis, sufficiens probationes per signa, conjecturas, & alia indicia, presumptionem vehementem facientia; dummodo indicia ista plene probentur. Porro iustus criminis postulari potest dans, & recipiens, & is, pro quo sciente, & non contradicente, alius dedit, *c. 8. 23. h. t. & c.* non veto is, pro quo ignorantæ datum est, *c. 27. eod.*

50. *Q. IV. An fieri possit dispensatio in simonia?* *Re. 1.* In simonia juris naturalis quoad peccatum nulla valet dispensatio; & ideo etiam Papa, licet pœnas non incurrat, tamen peccatum simoniæ committere potest: nam simonia est intrinsece mala, sans sub præcepto negativo, cujus materia in nullis circumstantiis coonestari potest.

51. *Re. 2.* Si Papa dispense, separando jus temporale, v. g. præbendam, aut decimarum, a jure spirituali, dispensatio excusat a peccato; quia tali separatione facta, remanet purum temporale pretio æstimabile: factus ante separationem res annexæ spirituali sunt de jure naturali inveniendibiles. 2. Dispensatio, & consuetudo in his solum, quæ jus ecclesiasticum prohibet dare vel accipere, v. g. gratis oblatum post ordinationem, reddidit stoler &c. excusat a pœnis: & peccato: cum dispensatio, & legitima consuetudo relaxare possit jus humanum.

52. *Re. 3.* In pœnis simoniæ non dispensat Papa nisi ex causis gravissimis, quia Ecclesia semper detestata est hoc crimen, utpote maxime noxium reipublicæ christianæ, & jusque spirituali regimini. Causa dispensandi esse potest gravissimum scandalum, perturbatio reipublicæ, & paupertas supplicantis, ut is non tantum absolvetur a censuris, sed etiam dispensetur in inhabilitate ad idem, vel alia beneficia. 2. Si simonia est publica, recurritur ad Datarium cum expressione fructuum perceptorum, pro quibus hodie plerumque fit transactio, ut tertia, vel major pars supplicanti remittatur. Si vero est simonia occulta, recurritur ad sac. Penitentiariam, quæ ex *Const. S. Pii V. In sublimi*, dispensat etiam cum scienter simoniaco; dummodo prius beneficium dimittat, & fructus inde perceptos Ecclesiæ sui beneficii restituant, aut cum Datario componant. Si autem neutrum se facere posse allegent, dispensat cum eis, addita clausula, ut fructus restituant Ecclesiæ, cum primum poterunt.

*Re. 2. Hæc attendenda est Const. Ben. XIV. Pastor bonus lib. April. 1744.*

3. In executione literarum observandus est eorum tenor: & quidem si dentur pro foro interno, audita prius sacramentali confessione, absolutio dabitur a censuris, peccatis, & pœnis ecclesiasticis, injuncta penitentia salutari, additioque præcepto, ut penitens morneat correat; ut ipsi consulant saluti animarum suarum, petendo dispensationem apostolicam. Vide *Corrad. in Prax. Dispens. lib. 5. cap. 9. & seq. Reiff. & alios.*

TITULUS IV.

Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

Agitur de hac materia in Decreto *dist. 89. c. 1. q. 3. & Can. fin. 21. q. 2. in Trid. sess. 25. cap. 11. v. non liceat de reform.* & continuatur hic, & in *sequ. tit.* materia simoniæ committi solere in concessione jurisdictionis, & licentia docendi.

1. *Q. I. An simonia sit sub annuo censu, seu pretio concedere jurisdictionem spirituales, dignitates, officia, & beneficia annexam?* *Re. Affirmative ex præsent. Rubr. & cap. 1. 2. 3. hoc tit. Trid. loc. cit.* nam tali casu venditur spirituale pro pretio temporali locationis. Porro pœna hujus delicti est, quod concedens jurisdictionem, pro qualitate delicti, vel suspendatur ab officio, vel deponatur; dans vero pecuniam pro jurisdictione, amittat illam, & a Clero amoveatur, *cap. 1. 2. hoc tit. & uterque* excludatur ab Ecclesiâ, in cuius contumeliam dare pecuniam, & accipere voluerunt, *cap. 38. de simon. Dices: 1. Concessio, & remissio jurisdictionis sub annuo censu approbatur, cap. 30. §. qui vero, de Præb. & cap. 6. de Religios. amib. & cap. fin. hoc tit. & cap. 21. de Censib. 2. Clerici Camere Apostolicæ, & Auditores Rotæ solent vendere sum officium. Re. Ad 1. Neg. antec. nam *cit. cap. 30.* agitur de iusto stipendio Vicarii debito: *cit. cap. 6.* Monachi solunt annuum censum in recognitionem prioris subjectionis, & in signum gratiosæ exemptionis: *cap. fin.* agitur de locatione ipsorum fructuum materialium: *cap. 21. cit.* ceterum trium librarum petitur loco aliorum servitorum temporalium. Ad 2. Dum Papa separat jus ad emolumenta temporalia, hoc licite venditur, non vero ipsum jus spirituale.*

2. *Q. II. An jurisdictionis temporalis ab Episcopis, & aliis Prælati locari possit?* *Re. Si jurisdictionis ista ab Ecclesiâ habeatur, tanquam jus annexum officio spirituali, licite non locatur; quia per connexionem eva-*

dit spiritualis; si vero aliunde habeatur, locari potest citra simoniam, cum temporale non detur pro spirituali, sed temporali. Verum locatio ista plerumque est turpis, & illicita, Ecclesiæque noxia, cum conductor lucris inhians, minus recte in iudiciis, & aliis actibus jurisdictionem administret. Ceterum fructus prælaturæ, vel parochiæ ex causa licite locantur, servatis servandis, ut alias dictum *tit. de reb. eccl. & tit. de locat. & decimum est c. fin. h. t.*

3. *Q. III. An rector principalis Ecclesiæ possit Vicario omnes fructus cedere, & nomine eorum, seu ut vocant, titulo absentie, annuam pensionem petere?* *Re. Affirmative: nam pensio ista non datur pro ipso officio vicariatus, sed pro fructibus Vicario cessis, qui temporali pretio sunt æstimabiles, & locabiles.*

TITULUS V.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

Agitur de hac materia in Clem. *hoc tit. in Decreto dist. 37. & Can. 8. d. 61. & dist. 86. fore per tot. & Can. 12. oportet 8. q. 1. De Magistris* constitutendis, qui Clericos, & rudes infideles instruant agite *Trid. sess. 5. cap. 1. sess. 24. cap. 4. 5. sess. 25. c. 6. & 9. & sess. 7. c. 13. sess. 23. c. 18. de refer. &c. in Codice lib. 10. tit. 52.*

1. *Q. I. Quis possit creare magistris, & doctores?* *Re. 1.* Summus princeps: & quidem Papa ex theologia; principes vero politici ex scientiis naturalibus, ut jure civili, philosophia, medicina, doctores creare possunt. 2. Universitates studiorum generalium, quæ auctoritate principum, & plerumque privilegii Pontificum jus illud exercent. Actus vero promotionis annexus est certo officio: sic enim Bononiæ Archidiaconus, Parisiis cancellarius, Salmantice scholasticus, alibi decanus doctores creat. Neque requiritur, ut promotor eodem gradu polleat, quia doctores in theologia quocumque gradu conferre possunt, nisi aliud habeat consuetudo. 3. Ex privilegio speciali Comites Palatini, Rectores certorum Collegiorum, Generalis Ordinis Predicatorum magistris, seu doctores creare possunt &c.

*Re. 2. Quod privilegium ex Constit. Clement. XII. Verbo Dei-ne dum est pro creandis in magistris, & doctores in sac. theologia regularibus: sed etiam pro secularibus adolescentibus theologia facultati in eisdem Ordini studiis, ac scholis ubique locorum existentibus triennalem operam dantibus.*

Forma promotionis servatur secundum consuetudinem locorum, ut, præmissis rigoroso examine, & professione fidei, insignia doctoralia promovendo tradantur: expensæ vero non excedant summam trium millium turonensium argenteorum, seu 250. aureorum, *Clem. 2. hoc tit.* ne doctores promoti suis vatui facultatibus remaneant. Hæc tamen *Clementina* non est ubique usum recepta.

2. *Q. II. Qui doctores creari possint?* *Re. Omnes, qui specialiter non prohibentur. Prohibentur autem feminae ex *reg. 1. ff. Can. 17. mulieres 33. q. 5. Judei, & alii infideles, criminosi, & infames*, quibus portæ dignitatum patere non debent; scientia sufficienti destituti, & illegitimi; nisi cum illis dispensetur.*

3. *Q. III. Quæ sint ordines graduatorum?* *Re. 1.* Tres: in infimo sunt *baccalarii*, dicti a bacca lauri, ob spem fructuum in scientiis asferendorum. Ab aliis dicuntur *baccularii*, ob licitum usum baculi; *baccalarii*, seu milites tirones: *baccularii*, seu præstantes. Gradus iste conferunt ex philosophia, & theologia: in ceteris facultatibus non usurpatur. Medio ordine sunt *licentarii*, quia licet eis, quodcumque voluerint, in doctores promoveri. In supremo ordinem *magistri*, seu *doctores*, qui ab universitate publicum scientiæ testimonium habent, quod apti sint ad docendum; uti sunt doctores sac. theologiæ, juris utriusque, medicinæ, & philosophiæ. Quis autem ordo inter doctores diversarum facultatum observandus sit, locorum consuetudo docet. Plerumque primus locus debetur theologo, secundus Canonistæ, tertius Civilistæ, quartus medico, quintus philosopho, sumpta præcedentia ex objecto, & sine scientiarum.

4. *Q. IV. Quæ sint privilegia doctorum?* *Re. 1. Dignitas*